

## PROBLEMA CXVI.

I.  
2.  
C A P U T  
X V.  
V e r s i c u-  
l u s . 5.



**V**R scriptum est, quod eduxit Dominus Abraham foras? An ut ostendet ei stellas (sicut textus innuit) quia forte eas in domo videre non poterat? An (ut altius concordamus) eduxit ipsum foras, id est extra carnem, aut terminos naturalis ordinis, ut ostenderet ei stellas illas, de quibus Apostolus ait: sicut stella differt a stella in claritate, sic Sanctus a Sancto in gloria. Nam sicut stellae præsumt, & influunt corporibus inferioribus, sic Angeli custodes ijs, quibus præsumt. Angeli au- Gen. 15. Psal. 146. 1. Cor. 13. 1. tem stellæ sunt, de quibus Propheta. Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eius nomina vocat. Quos Angelos, ut ipse Abraham videret, Deus eleuauit ipsum, ut videlicet inde cognosceret innumerabilem multitudinem ab eis custodiendam. Hinc dixit ei Deus: Numera stellas si potes, sic enim erit semen tuum.

D. Augu-  
stinus.  
Nouæ stel-  
la rubis Ba-  
taucis in  
dies dete-  
cta.  
An Abra-  
ham foras cor-  
pore, an

verò de numero stellarum in proprijs commentarijs ad hunc locum accuratè acturi sumus. Secunda ratio Veneti profrus est allegorica; & quidem potuit Deus hac Abraham per excessum analogicum, aut in ectasi ostendere, cum Ioh. 8. Christus ipse dixerit, *Abraham pater vester exultauit ut videret diem meum, vidit & gauius est;* sed an Angelos custodes omnium hominum ei ostenderit, nescimus; quicquid sit, sensus literalis retinendus est, licet Caetanus Abraham dicat catenus egredium, quatenus domi remanens in extâm ratione est.

tantum per  
mentis ex-  
cessum a-  
bierit.

Ioh. 8.

## PROBLEMA CXVII.

I.  
V e r s i c u-  
l u s . 6.



**V**O MODO fides Abrahæ reputata fuit ei ad iustitiam? Nam scriptum est, Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Nonne veritas literæ habet ἐπίτυχον zedachah: quod non propriè iustitiā iudiciale, vel cōmunem significat, sed iustitiam distributiā, seu pietatem in Deum; ut reor hīc accipi debere: & hoc est proprium credere & adhærere Deo. Vnde male sentiunt quidam hīc arguentes, quod sola fides sufficiat ad salutem animatum. Nam ex illis verbis non elicetur, nisi quod ille actus credendi reputatus fuit in debitum cultum pietatis, non autem in omnimodam, & sufficiēt iustitiam penitus iustificantem; cum alibi dicatur, quod fuerit gratis Deo, eo quod obseruauerit totam legem, omnia mandata, omniaque statuta. Hinc necedum ex fide, sed ex operibus fuit Deo gratis.

Tsedaca.

**H**Oc problema facit contra sectarios, qui non existimant opera bona ad salutem proficere, aut necessaria esse, sed fidem solam iustificare: quam sine operibus mortuam esse, tam verum est, quam fidem esse salutis initium; illud enim D. Iacobus affirmit. Veruntamen nomen Hebreum Tsedaca, quod 70. verterunt, *δικαιοσύνη*, & para-

Adversus  
hereticorum  
fidei iustifi-  
candem.

Ibid. 26.

phrases veritatis iustitiam, tam commutativam, quam distributiā significat, tam legalē, quam propriè dictam, earumque tam potentiales, quam subiectivas partes comprehendit: At de virtute fidei Abramiticæ, ceterarūque virtutum energia differendum erit amplius, dum ex professio de Iustificatione agemus.

## PROBLEMA CXVIII.

I.  
V e r s i c u-  
l u s . 13.

**V**R in populum Israëliticum nondum natum lata fuit sententia, ut esset captivus in Ægypto quadringentis annis? An id fuit (ut aliqui opinantur) in purgatione erroris Abraham, qui animas quadringentas Sodomorum è captiuitate, & tyrannide regum Amraphel videbat, & sociorum ereptas dedit ipsi regi Sodomorum? cum eas è captiuitate liberatas tanquam suas diuino cultui (ut fui moris erat) applicare potuisset? Dicunt enim Hebrei, quod Abraham consueverat animas quascunque

Gen. 15.  
Gen. 14.